

Jacob Fabricius


Jacobus Fabricius Decanus, & coeteri Doctores, ac Professores Collegii Medici in Academia Rostochiensi, Ad Disputationes inaugurales Sex Medicinae Candidatorum, Magnificum Dn. Rectorem, aliosq[ue] Doctores, Professores, Magistros, & Universitatis cives, omnes ac singulos, ea, qua par est, observantia, vocant & invitant, Habendas IX. & XIV. Februarii anni Iuliani XXVI.

Rostochi[i]: Pedanus, [1626]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742559335>

Druck Freier  Zugang





F. J. ¹⁰⁵
~~F. J.~~ XXVIII

Ma-3835¹⁻²⁶



JACOBUS
FABRICIUS

DECANUS, & cæteri Doctores,
ac Professores Collegij Medici in Acade-
miâ Rostochiensî,

AD

Disputationes inauguales

SEX MEDICINÆ CANDIDATORUM,

Magnificum Dn. RECTOREM,

aliosq; Doctores, Professores, Magi-
stros, & Universitatis cives, omnes
ac singulos,

*teâ, quâ par est, observantiâ,
vocant & invitant,*

HABENDAS

IX. & XIV. Februarij anni
Juliani XXVI.



ROSTOCHI

Literis Joachimi Pedani Academ.

Typographi.



Ost Dei immortalis, san-

ctæq; illius voluntatis cognitio-
nem, inter hujus vitæ κερήλια, pre-
ciosior thesaurus non datur, quàm
est SANITAS; undè & reliquis
tàm intra, quàm extra nos positis
bonis jure merito antefertur, a-
deo ut non sit vivere sed valere vitæ.

Quorsum respexit Menander scribens, ἐκ δὲν ὑγείας κερὶ τῶν
ἰδὲν ἐν βίῳ, & Pythagoras, loco ejus, quod nos dicimus

SALVE, ὑγείαν usurpans, quod nihil optari posse ma-
jus & præstantius sanitate arbitrarentur, quæ deperditâ
cætera omnia in hac miseriarum valle vilescunt, & an-
nihilantur. Ac uti febricitantibus nonnullis faccarum
& mel dulcissimum, sæpè amarissimum sapit: non ali-
ter morbo gravatis & decumbentibus cuncta, quibus a-
liàs impensè delectantur, oneri sunt, & dolori verius
quàm voluptati. Quod & jam olim ostendit Horatius:

Non domus, aut fundus, non æris acervus & auri
ægroto Domini deduxit corpore febres,
non animo curas: valeat successor oportet,
si comportatis rebus benè cogitat uti.

Necq; verò opus est argumentis probare pluribus, quod
fatentur, & ultrò concedunt omnes; saltim quanti boni
causâ fit MEDICINA ostendere satagentes, à bonæ
valetudinis præconio non ineptè exordimur. Dubium
enim nullum est, quin quantum olim sanitatis fuit stu-
dium, tanto etiam in honore exstiterit Medicina: quip-
pe quæ Dei opt. max, munere & concessu mortalium ge-
neri

neri

neri in id donata, ut imbecillam caducamq; naturam nostram juvaret. Quod si in nobis optima semper constitutio perseveraret, neq; alterationi aut mutationi obnoxij viveremus, Artis-Medicæ præsidij nequaquam egeremus: nunc quum naturæ fragilitate eundem perpetuo valetudinis servare tenorem intercludimur, nemo non sani judicij Artē, quā morborū cruciatus fugare, & sanus degere queat, amabit & venerabitur. Tunc etenim optime nos habere nequidquam ambigimus, quū absq; impedimento & dolore, unumquodq; membrū suas naturæ congruentes functiones depromit: quippe Sanitas primò actiones secundum naturam suppeditat, & quædam veluti virtus ac perfectio hominis est, neq; alia actionum omnium causa constitui valet, non tantum corporis, verum etiam earum, quæ ad animum magis accedere, propiusq; ab illo manare putantur, rationis nimirum, memoriæ, & similibus, quales sine corporis aptâ dispositione anima neutiquam exercet, nosq; in vehementiorum morborum insultibus frequentissimè hebetari, depravari, ac nonnunquam penitus tolli observamus, ad eò ut sine sanitate nec vivere, nec ambulare, nec sapere, nec aliud facere sit possibile. Quod Democritus ad Hipp. elegantissimis perscribit verbis: *ἡλεική ἢ νόσος σωμάτων ἢ Φαιρέε). αὐξέ) ἢ νόσος, παρέσεως ὑγείης, ἢν κελὸν περνοσείν εἰδὲ ἰσθλὰ Φρονέουσι. ἐξέως ἢ σωματικῆς ἀλλαγῆς, εἰδὲ περθυμικῆ ἀγεινόσος, ἐς μελέτων ἀρετῆς: ἢσος γὰρ παρέσσαι, δεινῶς ψυχικῶ ἀμαυεῖ, Φρόνησιν ἐς συμπεθέλω ἀγροσσαι.* Quæ quum notiora sint, quàm ut in dubium vocari queant, ulterioris demonstrationis non indigent. Quis ergo Medicinam, cujus beneficio præsens servatur, & absens restituitur sanitas, tot & tantorum bonorum autorem esse diffitebitur?

Quin nec illa ipsa impeditas tantum actiones expedit,

dit, depravatasq; corrigit, sed & sæpè mores immutat, a-
nimum ad virtutis & honestatis amorem erigit, mentem
acuit, omnes deniq; actiones perfectiores reddit, dum
mirabilem animi & corporis consensum, arctamq; utri-
usq; societatem & connexionem attendens, convenienti-
bus medijs & remedijs, maximè verò cibo & potu, aere,
studijs & exercitijs debitis, quæ morbosum fovent & fa-
ciunt **T E M P E R A M E N T U M** alterando corrigit, idq;
in melius legitimè transformat, prout uniuscujusq; con-
ditio patitur, modò reperiat obtemperare gaudentem :
Sicuti rem hanc ipsam Gal. libro, quo docet animi mo-
res temperiem corporis sequi, luculentissimè persequi-
tur ac offendit.

Sed objiciat aliquis, multos sine Medicis convaluif-
se, atq; inde Artem usq; adeò esse necessariam, fructuo-
sam, & humano generi utilem, ne apparere quidem. Illi
ex Hippoc. *Ὁ ΕΙΣ ΤΙΣ ΧΥΜΟΣ*, responsum volo : *Esse id ipsum ma-
gnum argumentum essentia Artis Medica, quod & hi, qui exi-
stimant eam minimè esse, hujus beneficio servari videantur.
Quippe illud indubitatum omninò, agros, qui minimè usi Me-
dicis convaluere, nosse & fateri, quod aut agentes quid, vel o-
mittentes redintegrati fuerint. Aut enim inedià, aut largio-
re cibo, vel liberaliori potu, vel siti, vel balneis, aut sorditie,
aut exercitijs, vel ocio, vel somno, aut vigilijs, vel omnium
horum munere utentes, sanitatem recuperarunt. Itaq; eo ipso,
quod opè sensère, magna adest necessitas ipsos agnoscere, quidnã
fuerit hoc, quod opè tulit; & si quid damni acceperint, cõsentaneum est, damnum agnoscere, & quidnam fuerit hoc, quod
damnum attulit. Non enim quivis potest rectè interstinguere
differètijs juvantium & ledentium. Si igitur is, qui agrotavit,
noverit vel laudare, vel vituperare hoc vel illud ex diatã, cui-
jus beneficio convaluit, cuncta hæc Medicinã esse deprabendet.
Neq; minus ea quæ damno, quam ea quæ auxilio fuerunt, ar-
gumens-*

gumento Arti erunt, quod Ars ipsa sit. Quae enim profue-
runt, ob rectum alicujus usum profuisse, & contra quae dānis e-
grum auxerunt, minus rectè adhibita esse verissimum evadit.
Ubi autem rectū & pravum definitis certisq; metis continetur,
quomodo quaso hoc quis nō Artis, sed Artis expertis opus dixerit?

Istam verò Medicinæ necessitatem Imperatores a-
gnoscentes, legibus prudenter sanxerunt, ut ex ærario
publico, qui cum salute hominum eam facerent, aleren-
tur; nequid dicam de honoribus & amplissimis præmijs
ipsis abundè decretis, cujus rei in Jure plurima existant
testimonia, qualia huc arcessere, ne in alienam messem
falce[m] misisse dicamur, nolumus. Viderunt etenim per
Medicos ipsas quoq; Respublicas conservari, dum illorū
industriā viri ijs præfecti, maximi, medioximi, & imi,
interdum, prout humana ferunt, languentes roborantur,
adflucti recreantur, & nonnunquam semimortui in hanc
vitam & lucem revocantur ac servantur. Quippe uti Hip-
pocr. in vestibulo libri de flatibus ait, & quotidiana evin-
cit experientia, οἱ νοσοῦντες ἀπαλλάσσου) τῶν μεγίστων κακῶν
ἀλλὰ τὴν πικρῶν, νῆστων, πόνων, λύπης, θανάτου, πῶσι γὰρ τῶν τοῖσιν
ἀνθρώποις ἡ ἐπιχειροῦσιν ὠφελεῖς. Magna itaq; vis est Me-
dicinæ, cujus ope & vita, & vitæ operationes firmantur,
nosq; metipsi & vivimus, & benè valemus.


At fortassis denuò quispiam resistet nobis inquiens:
Si tanta est Medicina, ut talium malorum profligationē
& profiteatur & præstet, quare toties sine suo frustratur,
quum cæteros Artifices spe suā excidere rarissimè in-
tueamur. Illi ex eodem Hippocrate respondeo: Qui po-
tentiam ac vim Artis in ijs, quæ non proficetur, aut Natura in
ijs, ad quæ apta non est, exigit, is insanā laborat ignorantia,
quæ amentie potius quàm imperitiæ adscribenda. Quorū enim
Natura vel Artis instrumentorum facultatem obtinemus, per
ea operari possumus, per alia nequaquam. Quum igitur morbo


adfligitur homo, qui validior est ipsis organis medicis, ne sperare quidem oportet, ut à Medicinâ superetur. Reverâ enim, quum morbi debitis medelis methodo præscriptis haut evincuntur, non medicus, sed contumacissimi morbi indoles & vehementia, omnibus major pharmacis, accusabitur: quippe semper in ijs, quæ fieri possunt, voti sui cõpos fit Artifex, & tum demum crimen habet, quum effectum pollicetur illorum, quæ præstare nequit: unde & ipsa Jura mortalitatis eventus Medicis imputari non permittunt. Quin nec satis rectè Medicinæ &istarum Artium, quæ suis operibus artificiosum finem imponunt, instituitur cõparatio. Hæ namq; materiam sortitæ sunt tantum pati aptam, quare principium & medium, & finis operis ex solâ Arte dependet. Medicina autem subjectum habet vivens & agens, estq; Medicus duntaxat minister Naturæ, ac Sanitas seu finis Artis nostræ res merè naturalis, non artificialis. Natura verò est, quæ interdum sola & sponte suâ morbos vincit, licet tardiùs; medicamentis autem refocillata celeriùs: quosdam citra Medicaminũ adhibitionem nunquam: adjuta verò & excitata medijs oportunè à Medico administratis citò & facillè propulsare novit: ita quidam usq; adeò sunt refractarij, ut nisi protenus abigantur, interficiant: quidam ad mortem usq; individui comitis instar adsistunt, per se tamen neutiquam exitiales: aliorum indoles ambigua est, & an salutare sint vel maligni, sub initium vix dignoscitur: quidam per se medicabiles, subjecti vicio incurabiles redduntur, sæpeq; corpus jam viribus fractum occupantes occidunt. Quare nec Artifex verus culpabitur, quoties Natura vel fracta, vel aliter impedita officium suum facere recusat. Quin si penes Medicos esset facultas emendandi omnes humani corporis morbos, quidni omnes, quos vellèt, immortalitate donarent? Sicuti autem omninò insanabilibus


bus manum admovemus frustra: ita mediâ classe repositos, ac non rarò medicâ sanatos ope iniquissimè negligimus. Accidit etenim non semel, ut convenientibus adminiculis adfectionum difficultas compescatur, & progressu temporis ægrè etiã curabiles, ut Epilepsia, hydrops, podagra, & id genus similes morbi vincantur & extirpètur. Nihil dicam, de occultis Naturæ motibus, quibus sæpè evadunt, quos morituros; & moriuntur, quos supervicturos sperarat Medicus. Quæ quidem locupletius explicare possem, nisi chartæ hujus vetaret angustia. Atqui ex dictis, quanti facienda sit Medicina, manifestò colligimus, scientes tantò nobiliorem esse illam cœteris Artibus, quantò opus relinquit præstantius: *sanitatem* intelligo, quæ omnium ad hujus vitæ usuram nobis à Deo concessorum bonorum vel causa est, vel condimentum, sine quâ nihil gratum acceptūq; est, nihil dulce, nihil jucundum: quod Ariphron Sicyonius, elegantissimo hymno, quo Sapientum suorum cœnas clausit Athenæus, depinxit & testatus est, quem nos ante semestre & quod excurrit, hoc loco, & græcè, & ex Calcagnini imitatione latinè legendum dedimus.


Laudandi ergò veniunt, & meritò, qui omnes conatus suos ad Sacra Artis Apollinæ solidissimè cognoscenda dirigunt & impendunt, Præceptorumq; fidelium felicibus auspicijs ad salutem mortalium mortales ipsi educari & institui desiderant. Istorum nuper *binos* Academia nostratis publico examini stitimus, quibus nunc porrò *SEX* alios adjungemus, ut novo, & fortassis in hac Academia nec viso, nec audito exēplo, *OCTO* elegantibus & in Arte medicâ nō segniter versatis viris, brevi post tēpore, quæ merètur, *DOCTORÆ* titulum simul imponamus. Id verò priusquam solemniter fiat, eos *OMNES & SINGULOS*, jam antea examine privato satis accuratè
pro-

probatos, receptæ & decursu multorum annorum ob-
servatæ consuetudinis memores, ut quisq; sui profectus,
cujus publicum testimonium à Collegio nostro sibi pe-
runt, Specimen edat, & ostendat, velut in aciem Acade-
micam producere decrevimus; quorum TRES, die IX.
Februarij, reliqui XIV. ejusdem, singuli suas peculiars,
DE ATROCISSIMIS THORACIS AFFECTIBUS, ma-
terias, *uti ex adfixis DISPUTATIONIBUS videre licet,*
publicitùs examinandas proponunt, ad quos audiendos,
ut *Magnificus Dominus Rector, Reverendi item, Consultiss.*
Experientissimi, Clarissimi Domini Professores, ceteriq; Do-
mini Doctores, verbi divini ministri, schola urbana Collega,
Et universus Studiosorum cœtus, matutinis & pomeridia-
nis horis dierum paullo ante nominatorum comparere,
suisq; argumentis Dominorum Candidatorum vires mo-
deste explorare ne gravetur, quâto possumus opere roga-
mus & optamus. Gratulamur etiâ Academiæ nostræ, quæ
non tantû hodie, sed & retrò plusquam ducentis annis, di-
vinæ pariterq; humanæ sapientiæ seminariû fuit, Deumq;
qui Hygiæ & Panacæ Trinus & Unus præst & adest, ut
hæc sua dona nobiscum diuturna esse patiat, nosq; à
vicini, & ferè cervicibus nostris insidiantis militis fero-
ciâ, & aliarum pœnarum divinarû, quibus undiq; & ubiq;
cincti & penè obruti vivimus, periculo immunes custo-
diat, deniq; annonæ, reliquorumq; bonorum corpora-
lium necessariam ubertatem clemētissimè largiatur, ore
pio & mente purâ precamur, & serio precati nunquam
desinemus. P.P. sub sigillo Officij nostri, die purificatio-
nis Mariæ, quo recens nato Jesulo, secundum Moïsis
legem, in templo Hierosolymitano, ante cl. DC. XXVI.
annos oblato, venerandus senex Simeon obviam pro-
cessit, eumq; servatorem & liberatorem generis humani,
Spiritu Sancto plenus, altâ voce proclamavit.










T



bus manum admovemus frustra: ita mediā elatos, ac non rarò medicā sanatos ope iniquissimus. Accidit etenim non semel, ut convenientibus adfectionum difficultas compefcatur gressu temporis ægrè etiam curabiles, ut Epilrops, podagra, & id genus similes morbi vincastirpētur. Nihil dicam, de occultis Naturæ morbus sæpè evadunt, quos morituros; & moriunt supervicturos sperarat Medicus. Quæ quidemtius explicare possem, nisi chartæ hujus vetaret. Atqui ex dictis, quanti facienda sit Medicina, colligimus, scientes tantò nobiliorem esse illa Artibus, quantò opus relinquit præstantius: intelligo, quæ omnium ad hujus vitæ usuram concessorum bonorum vel causa est, vel cond sine quâ nihil gratum acceptūq; est, nihil dulcendum: quod Aripbron Sicyonius, elegantissimono, quo Sapientum suorum cœnas clausit Athpinxit & testatus est, quem nos ante semestrem excurrit, hoc loco, & græcè, & ex Calcagnine latinè legendum dedimus.

Laudandi ergò veniunt, & meritò, qui ortus suos ad Sacra Artis Apollinæ solidissimè eda dirigunt & impendunt, Præceptorumq; filicibus auspicijs ad salutem mortalium mortducari & institui desiderant. Istorum nuper bi mia nostratis publico examini stitimus, qu porrò SEX alios adjungemus, ut novo, & fort Academia nec viso, nec audito exēplo, OCT bus & in Arte medicā nō segniter versatis viri tēpore, quā merētur, DOCTURÆ uiam firmus. Id verò priusquam solemniter fiat, eos SINGULOS, jam antea examine privato sa

